

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae III.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

In eo genere] Vide illud, *in eo genere*, lib. 2. epist. 1.

Tui consilii est] Tu considera- bis. Appii prudentiam, et simul modestiam suam, qui nihil petat nominatim, ostendit.

Pluribus verbis] Clausula in primis efficax ad impetrandum. nam et ea nominat, quae mouere Appium debeant; et id ipsum tamen dissimulat, ne dissidere videatur aut Appii voluntati, aut prudentiae.

Res] Cum is, qui prouinciam successori tradit, operam omnino dare debeat, vel honoris sui, vel reipublicae causa, ut eam quam maxime aptam, explicatamque tradat.

Pro se] Cur ego pro ipsa re plura dicam; cum satis ipsa pro se loquatur? patet enim, quid te in tradenda mihi, tui amantissimo, prouincia facere oporteat.

Voluptatem esse capturum] Cum officii me tui memorem, gratumque cognosces.

EPISTOLAE III.

ARGUMENTVM.

Significat se Brundisium venisse; cum Fabio, Appii legato, locutum esse: antequam ab urbe discederet, nihil a senatu decretum, Sulpicio consule repugnante, ut suis Bibulique legionibus in Italia supplementum scriberetur. Petit idem, quod in proxima epistola, ut Appius in tradenda prouincia commodet sibi quam maxime potest, praecipue, ne numerum militum imminuat.

EXPLANATIO.

Brundisium] Vbi duodecim amplius dies, et valetudinis incommodo, et Pontinii, legati sui, expectatione commoratus est. lib. 5. ad Attic. epist. 8.

Praesidio] Ob metum Parthici belli.

Supplementum] Ut ad binas legiones, quas et Cicero, et Bibulus habuit, copiae adderentur.

Bibuli] Cui Syria obtigerat, post Crassum a Parthis interfectum.

Legionibus] Plutarchus cum Cicero in Ciliciam iussu narrat duodecim millia peditum, duo milia, et sexcentos equites. quamquam in equitum numero suspicor esse mendum. non enim cum duabus legionibus tantus videtur equita-

tus esse potuisse. nisi si sexcenti Romani, reliqui omnes auxilarii, extra ordinem, metu scilicet Parthici equitatus: qui post Crassi necem imminere Romanis prouinciis videbatur.

Sulpicius consul] Ser. Sulpicius Rufus, ex tribu Lemonia, iuris civilis cognitione excellens; cuius praeclaram habemus epistolam, qua Ciceronem consolatus est lib. 4. 5.

Passurum se negaret] Ne exauriretur militibus Italia, si forte delectum nouarum copiarum tempora reipublicae postulerent.

Multa questi sumus] Ego et Bibulus. no. audiam loquendi genus. sic alibi, *multa peccas*, et *multa*

deos venerati, dixit Caecina lib. 6. epist. 7.

Tabellariis] *Tabellarii* dicti a tabellis codicillorum, quod eas vltro citroque ferrent ante chartae et membranarum vsum: vt *librarii* a libris arborum, in quibus epistolae scribebantur. Beatus Hieronymus epistola 42. ad Niceam.

Coniunctissimo] Non refertur ad benevolentiam. quorsum enim proxime subiunxisset, *et amicissimo*? sed ad adiunctionem auguratus, quae alterum alteri non leuiter commendabat. Sed, quia fieri poterat, vt, qui simul augures essent, inter eos tamen amor non esset; ideo intulit, *et amicissimo*: vt se non solum collegii iure, verum etiam benevolentia coniunctum Appio significaret. nominat eandem collegii coniunctionem epistola sequenti.

Pro nostra consociatissima ERN. *constantissima voluntate*] Sic quinque libri veteres: duo, et Mediceus, *pro nostra consociatissima*, vt voluntas vtriusque, post reditum in gratiam, *consociatissima*, dicatur. Sin, *constantissima*, retinemus; vtriusque parem in constantia voluntatem, quae post reditum in gratiam officiis mutuis declarata fuerat, significari credamus. quam sententiam confirmat illud lib. 2. epist. 13. *Ego Appium valde diligo: meque ab eo diligi statim coepit esse, vt similitudinem deposuimus, sensi. Nam et honorificus in me consul fuit, et suavis amicus, et studiosus studiosum etiam meorum. Mea vero*

officia ei non defuisse, tu es testis. Constantiam suam infra quoque, epist. 9. Cicero nominat. Quod quisque magis probat, id sequatur.

Integrum] Absesse tamen tres cohortes comperit. mendax igitur Fabius, verae autem Appii ad senatum litterae de militibus dimissis. epist. 6.

Senatus consulta] De non imminuendis copiis

C. Pontinum ERN. *Pontinium, legatum*] Praetorium, ac triumphalem. hunc Ποντινον, et Ποντινον Graeci libri nominant: ex Latinis alii *Pomptinum*, alii *Pomitinum*; nonnulli, quos secutus sum, *Pontinium*, vt inter Romanas gentes, quae in ius desinebant, agnoscatur. Ciceronis, Ciliciae proconsulis, quaestores fuere L. Mescinius, Cn. Volusius, C. Coelius; legati, Q. Cicero eius frater, C. Pontinius, M. Anneius, L. Tullius; tribunus militum, Q. Fufidius; praefectus euocatorum, Antonius; praefectus fabrum, Q. Lepta; scriba, M. Tullius; accensus, Pausanias; interpres, M. Marcellius. de quaestore Mescinio, lib. 5. epist. 19. et 20. lib. 13. epist. 26. lib. 16. epist. 4. De Volusio, lib. 5. ad Attic. epist. 11. De Coelio, qui paucis diebus ante, quam Cicero decederet, in provinciam venit, lib. 2. epist. 19. et lib. 6. ad Attic. epist. 5. De legatis, lib. 15. epist. 4. De tribuno militum, lib. 13. epist. 12. De praefecto euocatorum, h. lib. epist. 6. De praefecto fabrum, h. lib. epist. 7. De scriba, lib. 5. epist. 20. De accenso, h. lib. epist. 7. De interprete, lib. 13. epist. 54.

EPISTO-